

LIBER OCTAVUS DECIMUS  
LIBRO DÉCIMO OCTAVO

III. De lege commissoria . . . . .	48
III. Sobre la cláusula comisoria . . . . .	48
IV. De hereditate vel actione vendita . . . . .	52
IV. Sobre la venta de herencia y la venta de acciones . . . . .	52

### III

#### DE LEGE COMMISSORIA<sup>36</sup>

1 *ULPIANUS libro vicensimo octavo ad Sabinum*. Si fundus commissoria lege venierit, magis est, ut sub condicione resolvi emptio quam sub condicione contrahi videatur.<sup>37</sup>

2 *POMPONIUS libro trigensimo quinto ad Sabinum*. Cum venditor fundi in lege ita caverit: "si ad diem pecunia soluta non sit, ut fundus inemptus sit", ita accipitur inemptus esse fundus, si venditor inemptum eum esse velit, quia id venditoris causa caveretur: nam si aliter acciperetur, exusta villa in potestate emptoris futurum, ut non dando pecuniam inemptum faceret fundum, qui eius periculo fuisset.

<sup>36</sup> Pertenecen a la masa sabiniana los párrafos 1-5; a la papiniana los párrafos 6 y 7, y a la masa del apéndice el párrafo 8.

<sup>37</sup> Ver *supra*, nota 29.

SOBRE LA CLÁUSULA<sup>111</sup> COMISORIA

1 *ULPIANO libro vigésimo octavo a Sabino*. Si se hubiese vendido un fundo con cláusula comisoria, más parece que la compra se resuelve que se contrae bajo condición.<sup>112</sup>

2 *POMPONIO en el libro trigésimo quinto a Sabino*. Cuando el vendedor de un fundo dispusiera en una cláusula así: "si el precio no fuese pagado dentro del término se tendrá por no comprado el fundo",<sup>113</sup> se entenderá que el fundo no queda comprado si es que el vendedor así lo prefiere, porque esto se ha convenido en interés del vendedor; pues si de otro modo se admitiese, en el caso, por ejemplo, de incendiarse la casa de campo vendida, quedaría

111 La traducción de *lex commissoria* por cláusula comisoria y, en general, la traducción de *lex* por cláusula, se justifica porque en el lenguaje jurídico actual no se usa la palabra "ley" para significar el contenido de la voluntad de un particular, como puede serlo un comprador o un vendedor, sino sólo para significar el contenido de la llamada "voluntad popular" o voluntad pública. No se habla hoy, como en el derecho clásico, de una "ley privada" (*lex privata*) en los contratos, por lo que el lector actual que leyera la palabra "ley" referida a un contrato, inmediatamente pensaría en una ley promulgada por el Estado que regulara dicho contrato, y no en una declaración de voluntad de las partes contractuales. Para designar actualmente lo que las partes acuerdan en un contrato se usa la palabra "cláusula", aun cuando el contrato no se haga por escrito. La *lex commissoria* de la que habla este título es un acuerdo, pacto o "cláusula" que hacen las partes en la compraventa.

112 Es la misma construcción que la venta con adjudicación a término; ver el párrafo 2 del título 2.

113 En la compraventa internacional se da esta cláusula en las operaciones en las que se pacta que la mercancía se entregará contra el pago del precio (por ejemplo ventas COD), de modo que el vendedor queda liberado de su obligación de entregar si el comprador no paga el precio en el momento fijado. Si no se da una cláusula de este tipo, la demora de pago del precio no necesariamente da al vendedor el derecho de resolver el contrato (véanse los artículos 61 a 64 de la *Convención*).

3 *ULPIANUS libro trigensimo ad edictum*. Nam legem commissoriam, quae in venditionibus adicitur, si volet venditor exercebit, non etiam invitus.

4 *IDEM libro trigensimo secundo ad edictum*. Si fundus lege commissoria venierit, hoc est ut, nisi intra certum diem pretium sit exsolutum, inemptus fieret, videamus, quemadmodum venditor agat tam de fundo quam de his, quae ex fundo percepta sint, itemque si deterior fundus effectus sit facto emptoris. et quidem finita est emptio: sed iam decisa quaestio est ex vendito actionem competere, ut rescriptis imperatoris Antonini et divi Severi declaratur. (1) Sed quod ait Neratius<sup>38</sup> habet rationem, ut interdum fructus emptor lucretur, cum pretium quod numeravit perdidit. igitur sententia Neratii tunc habet locum, quae est humana, quando emptor aliquam partem pretii dedit.<sup>39</sup> (2) Eleganter Papinianus libro tertio responsorum scribit statim atque commissa lex est statuere venditorem debere, utrum commissoriam velit exercere an potius pretium petere, nec posse, si commissoriam elegit, postea variare.<sup>40</sup> (3) In commissoriam etiam hoc solet convenire, ut, si venditor eundem fundum venderet, quanto minoris vendiderit, id a priore emptore exigat: erit itaque adversus eum ex vendito actio. (4) Marcellus libro vicensimo dubitat, commissoria utrum tunc locum habet, si interpellatus non solvat, an vero si non optulerit. et magis arbitror offerre eum debere, si vult se legis commissoriae potestate solvere: quod si non habet cui offerat, posse esse securum.

38 Ver *infra* el párrafo 5 de este título.

39 En opinión de Faber, la frase *igitur sententia...* hasta el final es una interpolación. No parece clásico el recurso a lo humanitario para preferir una decisión.

40 Los *Fragmenta Vaticana* 4 dan este texto del libro *tertio responsorum* de Papiniano: *Qui die transacto legem commissoriam exercere noluit <voluit proponere> postea variare non potest.*

al arbitrio del comprador, no entregando el precio, el tener por no comprado el fundo que habría estado a su riesgo.<sup>114</sup>

3 *ULPIANO en el libro trigésimo al edicto.* Pues la cláusula comisoría que se añade a las ventas la ejercerá el vendedor si quiere, pero no contra su voluntad.

4 *EL MISMO en el libro trigésimo segundo al edicto.* Si se hubiese vendido un fundo con cláusula comisoría, esto es, para que, si dentro de un término no se hubiese pagado el precio, se tuviera el fundo por no comprado, veamos cómo ha de demandar el vendedor, tanto respecto al fundo, como a lo que de él se ha percibido, y también si el fundo se deteriorase por obra del comprador. Ciertamente, la compra queda disuelta, pero es cuestión decidida ya que compete la acción de venta, como se declara en los rescriptos del emperador Antonino y de Severo de consagrada memoria.<sup>115</sup>

(1) Pero tiene razón Neracio cuando dice que a veces el comprador se debe lucrar con los frutos, si perdió el precio ya entregado; así, la opinión de Neracio, que es humanitaria, se aplica cuando el comprador dio alguna parte del precio.

(2) Papiniano, en el libro tercero de las respuestas, elegantemente escribe que, tan pronto se ha incurrido en el supuesto de la cláusula, deberá determinar el vendedor si quiere ejercitar su derecho comisorio o prefiere reclamar el precio; y si hace valer el comisorio, después no puede ya variar. (3) En el comisorio también suele establecerse que si el vendedor vendiese el mismo fundo, pueda exigir al primer comprador por cuanto de menos lo vendiera;<sup>116</sup> y así, se dará contra él la acción de venta.

(4) Marcelo, en el libro vigésimo de los digestos, duda si la cláusula comisoría tiene lugar si el comprador requerido para el pago no pague, o bien si no hubiera ofrecido el precio. Y yo pienso que

114 Es otro buen ejemplo de que la cláusula comisoría no se interpreta como una venta sujeta a condición resolutoria. Ver el párrafo 2 del título 2.

115 Ver el párrafo 16 del título 2, donde Ulpiano refiere un rescripto de Severo sobre la venta con *in diem addictio*, e interpreta que se debe usar la *actio venditi*.

116 Ver el párrafo 6,1 del título 1, donde también se señala el pacto de restituir la diferencia de precio.

5 *NERATTUS libro quinto membranarum.* Lege fundo vendito dicta, ut, si intra certum tempus pretium solutum non sit, res inempta sit, de fructibus, quos interim emptor percepisset, hoc agi intellegendum est, ut emptor interim eos sibi suo quoque iure perciperet: sed si fundus revenisset, Aristo existimabat venditori de his iudicium in emptorem dandum esse, quia nihil penes eum residere oporteret ex re, in qua fidem fefellisset.

6 *SCAEVOLA libro secundo responsorum.* De lege commissoria interrogatus ita respondit, si per emptorem factum sit, quo minus legi pareretur, et ea lege uti venditor velit, fundos inemptos fore et id, quod arrae vel alio nomine datum esset, apud venditorem remansurum. (1) Idem respondit, si ex lege inempti sint fundi, nec id, quod accessurum dictum est, emptori deberi. (2) Post diem lege commissoria comprehensum venditor partem reliquae pecuniae accepit. respondit, si post statutum diem reliquae pecuniae venditor legem dictam non exercuisset et partem reliqui debiti accepisset, videri recessum a commissoria.

el comprador debe ofrecerlo, si quiere desligarse de la fuerza de la cláusula comisoría; pero si no tuviese a quien ofrecer el precio, podrá estar seguro.

5 *NERACIO en el libro quinto de las membranas.* Habiendo sido vendido un fundo con la cláusula de que, si no se pagase el precio dentro de un tiempo determinado, se tendría la cosa por no comprada, habrá de entenderse, respecto a los frutos que el comprador hubiese percibido en ese tiempo intermedio, que se convino que el comprador, entre tanto, los percibiese para sí y por derecho propio;<sup>117</sup> pero si se devolviese el fundo, Aristón estimaba que debía darse acción al vendedor acerca de aquellos frutos, porque nada debería quedar en su poder de un negocio en el cual había faltado a la buena fe.

6 *ESCÉVOLA en el libro segundo de las respuestas.* Interrogado acerca de la cláusula comisoría, respondió así: si el comprador incurrió en desobediencia a la cláusula, y el vendedor quiere utilizarla, se tendrán los fundos como no comprados, y también lo que se dio como arras o por otro título deberá quedar en manos del vendedor.<sup>118</sup> (1) El mismo respondió que si por la cláusula comisoría los fundos han de quedar no comprados, no se deberá al comprador ni aquello que se ha considerado accesorio. (2) Después del término comprendido en la cláusula comisoría, el vendedor recibió parte del precio restante: respondió que si el vendedor no ha hecho valer la cláusula, después del término establecido para el pago del precio restante, y hubiese recibido un pago parcial de la deuda restante, se considera que desistió de la cláusula comisoría.

117 La opinión de Neracio es que se entiende que el comprador adquiere los frutos, por derecho propio, en el tiempo intermedio, por lo cual podría retenerlos si devolvía el fundo; Aristón, aquí citado, tenía la opinión contraria, que todos los frutos debían devolverse; una solución intermedia es la que ofrece Ulpiano (párrafo 4,1 de este título) de que puede retener frutos si pagó una parte del precio, pero posiblemente sea una solución interpolada por los compiladores.

118 La frase final podría incluir también la dación de una parte del precio; ver la nota anterior.

7 *HERMOGENIANUS libro secundo iuris epitomarum.* Post diem commissoriae legi praestitutum si venditor pretium petat, legi commissoriae renuntiatum videtur, nec variare et ad hanc redire potest,

8 *SCAEVOLA libro septimo digestorum.* Mulier fundos Gaio Scio vendidit et acceptis arrae nomine certis pecuniis statuta sunt tempora solutioni reliquae pecuniae: quibus si non paruisset emptor, pactus est, ut arram perderet et inemptae villae essent. die statuto emptor testatus est se pecuniam omnem reliquam paratum fuisse exsolvere (et sacculum cum pecunia signatorum signis obsignavit), defuisse autem venditricem, posteriore autem die nomine fisci testato conventum emptorem, ne ante mulieri pecuniam exsolveret, quam fisco satisfaceret. quaesitum est, an fundi non sint in ea causa, ut a venditrice vindicari debeant ex conventionem venditoris.<sup>41</sup> respondit secundum ea quae proponerentur non commisisse in legem venditionis emptorem.

41 Haloander conjetura *venditionis* en vez de *venditoris*; en la traducción se ha seguido esta conjetura.



7 *HERMOGENIANO en el libro segundo de los compendios del derecho*. Si el vendedor pide el precio después del día definido en la cláusula comisoría, se entiende que ha renunciado a ella, y no puede variar y volver a ella.<sup>119</sup>

8 *ESCÉVOLA en el libro séptimo de los digestos*. Una mujer vendió a Cayo Seyo unos fundos y, recibida una cantidad a título de arras, se fijaron los plazos para el pago del precio restante. Se pactó que si el comprador no los cumpliera, perdería las arras y las fincas rústicas quedarían como no compradas. En el día establecido el comprador testificó que él estaba dispuesto a pagar el precio restante y selló, con los sellos de los testigos, una bolsa con el dinero, pero faltó la vendedora. Al día siguiente, fue notificado el comprador ante testigos, a nombre del fisco, para que no pagase el precio a la mujer antes de satisfacer al fisco. Se preguntó si los fundos estarían en situación de ser reivindicados por la vendedora en virtud del convenio de venta.<sup>120</sup> Respondió que, según los casos propuestos, el comprador no ha incumplido la cláusula de venta.

119 Ver el párrafo 4,2 de este título. En la compraventa internacional, si no se ha pactado otra cosa, el derecho del vendedor a resolver el contrato por falta de pago de precio, se anula si reclama el pago del precio, ya que se consideran incompatibles entre sí la acción de resolución del contrato con la de cumplimiento del mismo (art. 62 de la *Convención*).

120 Llama la atención que el texto hable de reivindicar los fundos (*vindicari*), lo cual hace pensar que el vendedor tendría para recuperarlos la acción reivindicatoria, y no la acción de venta, como dice el rescripto de Antonino y Severo, citado en el párrafo 4 pr de este título.

DE HEREDITATE VEL ACTIONE VENDITA<sup>42</sup>

1 *POMPONIUS libro nono ad Sabinum*. Si hereditas venierit eius, qui vivit aut nullus sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit quod venierit.

2 *ULPIANUS libro quadragesimo nono ad Sabinum*. Venditor hereditatis satisfacere de evictione non debet, cum id inter eumentem et vendentem agatur, ut neque amplius neque minus iuris emptor habeat quam apud heredem futurum esset: plane de facto suo venditor satisfacere cogendus est.

(1) In hereditate vendita utrum ea quantitas spectatur, quae fuit mortis tempore, an ea, quae fuit cum aditur hereditas, an ea quae fuit cum hereditas venundatur, videndum erit. et verius est hoc esse servandum quod actum est: plerumque autem hoc agi videtur, ut quod ex hereditate pervenit in id tempus quo venditio fit, id videatur venisse.

(2) Illud potest quaeri, si etiam impuberi sit substitutus is qui vendidit hereditatem testatoris, an etiam id, quod ex impuberis hereditate ad eum qui vendidit hereditatem pervenit, ex empto actioni locum faciat. et magis est, ne veniat, quia alia hereditas est: licet enim unum testamentum sit, alia tamen atque alia hereditas est. plane si hoc actum sit, dicendum erit etiam impuberis hereditatem in venditionem venire, maxime si iam delata impuberis hereditate venierit hereditas.

<sup>42</sup> Pertenece a la masa sabiniana los párrafos 1-5, 9, 11, 12, 14-20; a la edictal, los párrafos 7, 8, 10 y 13; a la papiniana los párrafos 6, 21-23, y a la masa del apéndice los párrafos 24 y 25.

SOBRE LA VENTA DE HERENCIA Y LA VENTA  
DE ACCIONES<sup>121</sup>

1 *POMPONIO en el libro noveno a Sabino.* Si se vendiese la herencia de una persona que todavía vive o inexistente, el acto es nulo, porque el objeto vendido no existe.

2 *ULPIANO en el libro cuadragésimo noveno a Sabino.* El vendedor de una herencia no debe dar caución por evicción, cuando se conviene entre comprador y vendedor que el comprador no tenga ni más ni menos derecho del que habría de tener el heredero; claro que sí deberá el vendedor dar caución de su propia actuación.

(1) Al venderse una herencia, ¿qué magnitud de la misma debe considerarse: la que tuvo al momento de la muerte, o la que tuvo cuando la herencia fue adida o la que tuvo cuando se vendió la herencia? Lo más cierto es que se observe lo que se convino; pero la mayor parte de las veces se considera convenido que se tenga por vendido todo lo que proviene de la herencia en el momento en que se hace la venta.

(2) Cabe preguntarse, cuando el que vende la herencia de un testador es también heredero sustituto de un impúber, si tendrá lugar la acción de compra respecto a lo que el vendedor adquirió de la herencia del impúber. Y parece mejor que no se comprenda en la venta, porque es otra

121 Este título se refiere a la compraventa de un patrimonio (la herencia) y a la compraventa de créditos (acciones). Ambos tipos de objetos están excluidos del régimen de la compraventa internacional definido por la *Convención* (art. 2-d) en cuanto se trata de cosas incorpóreas. Sin embargo, la compra de una herencia, en tanto es compra de un patrimonio, es análoga a la compra de las acciones de una sociedad, en la cual, como sucedía con la compra de herencia, una cuestión primordial es definir cuáles son los bienes, corpóreos o incorpóreos, efectivamente adquiridos.

(3) Pervenisse ad venditorem hereditatis quomodo videatur, quaeritur. et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum pervenisse, quatenus mandare potest earum rerum persecutionem actionesque tribuere: enimvero ubi corpora nactus est vel debita exegit, plenius ad eum videri pervenisse. sed et si rerum venditarum ante hereditatem venditam pretia fuerit consecutus, palam est ad eum pretia rerum pervenisse. illud tenendum est cum effectu videri pervenisse, non prima ratione: idcirco quod legatorum nomine quis praestitit, non videtur ad eum pervenisse: sed et si quid aeris alieni est vel cuius alterius oneris hereditarii, pervenisse merito negabitur, sed et rerum ante venditionem donatarum pretia praestari aequitatis ratio exigit.

(4) Non tantum autem quod ad venditorem hereditatis pervenit, sed et quod ad heredem eius ex hereditate pervenit, emptori restituendum est: et non solum quod iam pervenit, sed et quod quandoque pervenerit, restituendum est.

herencia; en efecto, aunque hay un solo testamento, son distintas una y otra herencia. Ciertamente, para el caso en que así se hubiese convenido, habrá de decirse que también la herencia del impúber se comprende en la venta, mayormente si la herencia se hubiese vendido cuando ya la del impúber había sido deferida.<sup>122</sup>

(3) Se pregunta de qué modo se considera que adquiere el vendedor las cosas de la herencia. Y yo creo que, ya antes de que el vendedor hubiese tomado posesión de los bienes hereditarios, se considerará que ha adquirido en tanto que puede dar mandato para la persecución de dichas cosas y ceder las acciones;<sup>123</sup> porque cuando ha tomado posesión de las cosas o exigido las deudas, se considerará que las ha adquirido plenamente. Y si hubiese conseguido el precio de las cosas vendidas antes de la venta de herencia, es manifiesto que ha adquirido el precio de las cosas. Ha de advertirse que se considera que ha adquirido lo que adquiere definitivamente, y no provisionalmente; así, lo que entregó a título de legado no se considera que lo ha adquirido él; y si hay algo de dinero ajeno o de carga de la herencia a favor de otro, se negará con razón que lo haya adquirido. Pero también una razón de equidad exige que se entreguen los precios de las cosas <hereditarias> donadas <por el vendedor> antes de la venta.<sup>124</sup>

(4) No solamente lo que adquirió el vendedor de la herencia habrá de ser restituido al comprador, sino también lo que adquirió su heredero procedente de la herencia vendida.<sup>125</sup>

122 Cuando hay un heredero que a la vez es heredero sustituto de un impúber viene a ser heredero de dos herencias: la del causante y la del impúber. Es una situación semejante a la venta de una empresa en cuyo patrimonio se incluyen las acciones de otra empresa. En ambos casos hay que distinguir los dos patrimonios y resolver si al adquirirse uno se adquiere o no el otro.

123 Es interesante esta idea de que se "adquiere" (*pervenit*) aquello que se pueda perseguir judicialmente, aunque no se tenga su posesión. Toda la cuestión acerca del contenido de la obligación del vendedor de entregar la herencia depende de la consideración de lo que efectivamente adquiere.

124 Esta frase final contradice lo dicho arriba, en el párrafo uno, de que se considera vendida la herencia en la extensión que tenía al momento de ser vendida; puede ser una interpolación.

125 Por ejemplo, si el heredero del vendedor de la herencia completa

(5) Sed et si quid dolo malo eorum factum est, quo minus ad eos perveniat, et hoc emptori praestandum est: fecisse autem dolo malo quo minus perveniat videtur, sive alienavit aliquid, vel etiam accepto quem liberavit, vel id egit dolo malo, ne de hereditate adquireretur vel ne possessionem adipisceretur quam posset adipisci. sed et si non dolo malo, sed lata culpa admiserit aliquid, utique tenebitur.<sup>43</sup> deperdita autem et deminuta sine dolo malo venditoris non praestantur.

(6) Illud quaesitum est, an venditor hereditatis ob debitum a filio suo qui in potestate eius esset servove ei, cuius hereditatem vendidisset, praestare debeat emptori. et visum est, quidquid dumtaxat de peculio filii servive aut in suam rem versum inveniatur, praestare eum debere.

(7) Solet quaeri, an et, si quid lucris occasione hereditatis venditor senserit, emptori restituere id debeat. et est apud Iulianum haec quaestio tractata libro sexto digestorum et ait, quod non debitum exegerit, retinere heredem et quod non debitum solverit, non reputare: nam hoc servari, ut heres emptori non praestet quod non debitum exegerit, neque ab eo consequatur quod non debitum praestiterit. si autem condemnatus praestiterit, hoc solum heredi sufficit esse eum condemnatum sine dolo malo suo, etiamsi maxime creditor non fuerit is cui condemnatus est heres: quae sententia mihi placet.

43 Esta frase (*sed... tenebitur*) la considera De Medio una interpolación, ya que contradice lo que se afirma antes y después de ella.

Y no solamente habrá de ser restituido lo que ya adquirió, sino también lo que hubiere adquirido en otro momento.

(5) Asimismo, si algo fue hecho con dolo de ellos para dejar de adquirir algo, habrán de responder por esto al comprador; y se considera haber actuado con dolo para que no adquiera, si enajenó algo, o si dándose por pagado liberó a un deudor, o si actuó con dolo para que no se adquiriera algo de la herencia o para que no se tomase la posesión que podía tomarse. Pero si hiciera algo, no por dolo, sino por culpa lata, también quedará obligado. Por las cosas perdidas y disminuidas sin dolo del vendedor no indemnizará.

(6) Se preguntó si acaso el vendedor de una herencia debe responder frente al comprador por aquello que un hijo bajo su potestad o un esclavo debía a aquél cuya herencia se hubiese vendido; y se consideró que debe responder hasta el alcance del peculio del hijo o del esclavo, o en la medida de lo que resulte haber revertido en su utilidad.<sup>126</sup>

(7) También suele preguntarse si debe ser restituido al comprador aquel lucro que con ocasión de la herencia hubiese percibido el vendedor. Esta cuestión fue ya tratada por Juliano, en el libro sexto de los digestos, y dice que retendrá el heredero lo cobrado indebidamente, y que lo pagado indebidamente no se tendrá en cuenta;<sup>127</sup> pues ha de observarse que el heredero no entregue al comprador lo que indebidamente cobró, ni se le exija lo indebidamente pagado por él; pero si lo hubiera pagado en virtud de una sentencia, basta para liberar al heredero el hecho de haber sido con-

el plazo para la usucapión de la propiedad de una cosa cuya posesión derivó del vendedor de la herencia, el comprador de la herencia es quien adquiere la propiedad de esa cosa.

126 Un caso semejante sería el de quien vende las acciones de una sociedad, de la cual es deudora otra sociedad que controla el mismo vendedor. ¿Respondería el vendedor de las deudas de esta sociedad? La respuesta puede ser la misma que da Ulpiano: responde en la medida del peculio, esto es, en la medida del patrimonio de la sociedad deudora.

127 Lo cobrado indebidamente lo debe retener el heredero, porque podrá serle reclamado por la *condictio* como pago de lo no debido; lo pagado sin ser debido, no se le exige al heredero, siempre y cuando no haya dolo de su parte, pues si lo hay, se aplica lo dicho en el párrafo 5 precedente.

(8) Non solum autem hereditarias actiones, sed etiam eas obligationes quas ipse heres constituit dicendum erit praestari emptori debere: itaque et si fideiussorem acceperit ab hereditario debitore, ipsam actionem quam habet heres praestare emptori debebit: sed et si novaverit vel in iudicium deduxerit actionem, praestare debebit hanc ipsam actionem quam nactus est.

(9) Sicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis respicit, ita damnum quoque debet ad eundem respicere.

(10) Denique si rem hereditariam heres vendiderit ac per hoc fuerit condemnatus, non habet contra emptorem actionem, quia non ideo condemnatur, quod heres esset, sed quod vendiderit. sed si pretium rei distractae emptori hereditatis dedit, videamus, an locus sit ex vendito actioni: et putem esse.

(11) Sive ipse venditor dederit aliquid pro hereditate sive procurator eius sive alius quis pro eo, dum negotium eius gerit, locus erit ex vendito actioni, dummodo aliquid absit venditori hereditatis: ceterum si nihil absit venditori, consequens erit dicere non competere ei actionem.

(12) Apud Iulianum scriptum est, si venditor hereditatis exceperit servum sine peculio et eius nomine cum eo fuerit actum de peculio et in rem verso, id dumtaxat eum consequi, quod praestiterit eius peculii nomine quod emptorem sequi debeat, aut quod in rem defuncti versum est: his enim casibus aes alienum emptoris solvit, ex ceteris causis suo nomine condemnetur.



denado sin dolo de su parte, aunque no fuera verdadero acreedor aquél a favor del cual fue condenado el heredero. Acepto esta opinión.

(8) Hay que decir que habrán de ser cedidas al comprador, no sólo las acciones hereditarias, sino también las obligaciones que constituyó el mismo heredero; y así, si hubiese aceptado un fiador de un deudor hereditario, deberá ceder al comprador la misma acción que obtiene <contra el fiador>; pero también si hubiese novado <una obligación> o deducido en juicio una acción, deberá ceder esta acción <nueva> que adquirió.

(9) Así como todo lucro corresponde al comprador de la herencia, también el daño debe corresponderle.<sup>128</sup>

(10) En fin, si el heredero hubiese vendido una cosa hereditaria y hubiera sido condenado por esto, no tiene acción contra el comprador, porque no fue condenado en cuanto heredero, sino por el hecho de vender; pero si entregó el precio de la cosa vendida al comprador de la herencia, veamos si acaso tiene lugar la acción de la venta, y yo pensaría que sí.<sup>129</sup>

(11) Si el mismo vendedor, o su procurador, o algún otro por él, siendo gestor de su negocio, hubiese dado algo a causa de la herencia, tendrá lugar la acción de venta, por lo que dejase de tener el vendedor de la herencia; por lo demás, si nada dejase de tener el vendedor, será consecuente decir que no le compete la acción.

(12) En Juliano está escrito que si el vendedor de la herencia se hubiese reservado un esclavo hereditario sin el peculio y, a causa de una deuda de aquel esclavo, se le hubiese demandado por la acción del peculio o de lo revertido en su interés, solamente podrá conseguir aquel vendedor <del comprador> lo que hubiere dado por causa del peculio que pertenece al comprador, o por causa de lo que revirtió en

128 En los párrafos anteriores de este largo texto de Ulpiano se discutía qué cosas adquiere el comprador de la herencia y puede exigir al vendedor; en los párrafos siguientes se ve la situación contraria: qué riesgos y pérdidas son por cuenta del comprador de la herencia y puede el vendedor reclamarle.

129 Es decir, si el comprador de la herencia recibe el precio de la cosa hereditaria vendida, se entiende que asume la responsabilidad de vendedor.

(13) Quid ergo si servum cum peculio exceperit venditor hereditatis conventusque de peculio praestitit? Marcellus libro sexto digestorum non repetere eum scripsit, si modo hoc actum est, ut, quod superfuisset ex peculio, hoc haberet: at si contra actum est, recte repetere eum posse ait: si vero nihil expressim inter eos convenit, sed tantummodo peculii mentio facta est, cessare ex vendito actionem constat.

(14) Si venditor hereditatis aedes sibi exceperit, quarum nomine damni infecti promissum fuerat, interest, quid acti sit: nam si ita exceperit, ut damni quoque infecti stipulationis onus sustineret, nihil ab emptore consequeretur: si vero id actum erit, ut emptor hoc aes alienum exsolveret, ad illum onus stipulationis pertinebit: si non apparebit quid acti sit, verisimile erit id actum, ut eius quidem damni nomine, quod ante venditionem datum fuerit, onus ad emptorem, alterius temporis ad heredem pertineat.

utilidad del difunto; pues en estos casos pagó una deuda que corresponde al comprador, por las demás causas es condenado en su propio nombre.<sup>130</sup>

(13) ¿Qué ocurrirá si el vendedor de una herencia exceptúa al esclavo con el peculio y al ser demandado por la acción de peculio paga? Marcelo, en el libro sexto de los digestos, escribió que no puede el vendedor repetir, si se convino que tuviera lo que sobrara del peculio;<sup>131</sup> pero si se convino lo contrario, dice que con razón podrá repetir;<sup>132</sup> pero si en verdad nada se convino entre ellos expresamente, sino que tan sólo se hizo mención del peculio, consta que cesa la acción de venta.<sup>133</sup>

(14) Si un vendedor de herencia se hubiese reservado unas casas, a causa de las cuales había prometido indemnizar el daño temido, interesa distinguir qué fue lo convenido: si se reservó de modo que sostuviese la carga de la estipulación de daño temido, nada conseguirá del comprador; pero si

130 Cuando el vendedor de la herencia es demandado por la acción de peculio, y paga por lo que se debe por causa del peculio que es del comprador de la herencia, paga ciertamente una deuda que corresponde al comprador de la herencia, pero éste no puede ser demandado porque aunque tiene el peculio, no tiene el esclavo. Cuando el vendedor es demandado por la acción de lo revertido en su utilidad (*actio in rem verso*), si es demandado por algo que acrecentó el patrimonio del causante de la herencia y ha pasado al comprador de la herencia, otra vez se le demanda por una deuda que corresponde al comprador de la herencia, pero que no puede reclamársele a éste por no ser propietario del esclavo. Los "otros casos" a que se refiere Juliano pueden ser aquellos en que el vendedor de la herencia es demandado por una deuda que contrajo el esclavo, con posterioridad a la venta de la herencia, y cuyo provecho ha redundado en beneficio del patrimonio del propio vendedor.

131 Es decir, si se convino que corresponderían al vendedor las adquisiciones y responsabilidades inherentes al peculio.

132 Al usar el verbo repetir (*repetere*) Marcelo está indicando que el vendedor podrá recuperar mediante la *condictio* lo que pagó sin deberlo, no del comprador de la herencia, sino de la persona a quien le pagó.

133 La frase final del texto, ofrece una solución para el caso de que nada se haya dicho expresamente acerca de si correspondía al vendedor o al comprador lo que sobrara del peculio; llama la atención que en esta solución nada se dice acerca de si el vendedor puede "repetir" la cantidad pagada, sino que ya no tiene la acción de venta contra el comprador; me parece que esta solución no es de Marcelo, sino de otros juristas o de un rescripto imperial y que la acepta Ulpiano. Es significativo que se diga que esta solución "consta" (*constat*) sin indicar la fuente.

**(15)** Si Titius Maevi hereditatem Seio vendiderit et a Seio heres institutus eam hereditatem Attio vendiderit, an ex prior venditione hereditatis cum Attio agi possit? et ait Iulianus: quod venditor hereditatis petere a quolibet extraneo herede potuisset, id ab hereditatis emptore consequatur: et certe si Seio alius heres exstisset, quidquid venditor Maevianae hereditatis nomine praestitisset, id ex vendito actione consequi ab eo potuisset: nam et si duplam hominis a Seio stipulatus fuisset et ei heres exstissem eamque hereditatem Titio vendidissem, evicto homine rem a Titio servarem.

se convino que el comprador pagase esta deuda, a él pertenecerá la carga de la estipulación; si no resultase claro qué se convino, lo más presumible es que se conviniera que por razón del daño causado antes de la venta, la carga corresponda al comprador, y, por el causado en otro tiempo, al heredero.<sup>134</sup>

(15) Si Ticio hubiese vendido a Seyo la herencia de Mevio, y el heredero instituido por Seyo la hubiese vendido a Atio ¿podrá demandarse a Atio a causa de la primera venta? Y dice Juliano: lo que el vendedor de una herencia hubiera podido pedir de cualquier heredero extraño <de su comprador>, podrá conseguirlo también del nuevo comprador de la herencia;<sup>135</sup> ciertamente, si hubiese existido otro heredero de Seyo, Ticio hubiese podido reclamar de él, por la acción de venta, todo lo que hubiera pagado a causa de la herencia de Mevio;<sup>136</sup> pues también,<sup>137</sup> si yo hubiese estipulado de Seyo la indemnización <por evicción> del doble de un esclavo comprado, y luego hubiese quedado como heredero de Seyo y hubiese vendido aquella herencia a Ticio, reivindicado que fuera el esclavo, habré de conseguir de Ticio aquella indemnización.<sup>138</sup>

134 En el caso se discute a quién corresponde la responsabilidad por pagar una indemnización prometida por el vendedor a causa de unas cosas que él se reservó. La solución de que, a falta de convenio, se entiende que el comprador responde por los daños causados antes de la compra de la herencia, se entiende si se considera que el comprador adquiere la herencia como está en el momento de la compra y, en ese momento, incluye la responsabilidad de indemnizar esos daños ya causados.

